



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XXI. Delecti militis virtutes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

Civitas &
agrestis mi-
les legendus.

teq; dominati, & Græcos, Romanosq; fatigarunt.

§. 7. Quæritur à multis ex vrbe, an ex agro legendus miles. Veget. l. i. c. 3. ita definit. Sequitur vtrum de agris, an de vrbeb. vtilior tiro sit, requiramus. De quâ parte nūquam credo potuisse dubitari, aptiorem armis rusticam plebē, quæ sub dio & in labore nutritur, solis patiens, vmbra negligēs, balnearum nescia, deliciarum ignara, simplicis animi; paruo contenta, duratis ad omnem laborum tolerantiam mēbris: cui gestare ferrum, fossam ducere, onus ferre consuetudo de rure est. Interdum tamen neceſſitas exigit, etiam vrbano ad arma cōpelli: qui vbi nomen dedere militie, primum laborare, decurrere, portare pondus, & solem pulueremq; ferre condiscant; paruo victu vtiatur & rustico, interdum sub dio, interdum sub papilionibus cōmorentur. Tunc demum ad vsum erudiantur armorum: & si longior expeditio emergit, in agrariis plurimū deſtinendi sunt, proculq; habendi à ciuitatis illecebris: vt eo modo, & corporibus eorum robur accedat, & animis. Nec inficiandū est, post vrbe conditam, Romanos ex ciuitate profectos semper ad bellū: sed tunc nullis voluptatibus, nullis deliciis frangebantur. Sudorem cursu & campeſtri exercitio collectum nādo iuuentus abluabat in Tyberi. Idem bellator, idem agricola, genera tantum mutabat armorū. Quod vsq; adeo verum est, vt arantem Quinctio Conſinnato (viro optimo) dictaturam conſet oblatam. Ex agris ergo ſupplendum robur præcipue videtur exercitus. Nescio enim quomodo minus mortem timet, qui minus deliciarū nouit in vita. Mihi miles agrestis placet, quia laboribus aptior est. Sunt tamē in vrbano multa, quibus illi præſtant rusticana iuuentuti, nā ingenio sunt exactiore, exercitatioresq; & ad omnia magis habiles, cum itaq; minima pars militie robore, & viribus peragatur, omnia vero ſummā egeant indiſtriā, prudentia, dexteritate, ad eam vero facilius educantur Vrbani, malim eos legi. Nunc vero id eo magis neceſſariū est, quia genus armorum, quod hoc tēpote in vſu est, dexteritatem magis, quam vires exigit, non ſcuta, nō vallos gerūt, nō tot laboribus opprimūt. Habuit Roma milites ex agricolis lectos, eosq; fortissimos viros, & milites strenuissimos, ait Plin. minimēq; male cogitantes. Sed & Cōſinnatus Dictator à ſtudia, & Regulus pauperis agelli cultor adducitur pro rusticana iuuentute. Verū dum rem accuratius cōſidero, video fuiſſe inſignes, sed nō ita multos imperatores, ideo eiſdem crebro repetiti ſunt conſulatus. At poſtea cum nobiles imperarunt, plures fuerunt. Imo etiā priſcis temporibus multi diuites rem ſtrenue geſſerunt. Sullanis & Cæſariānis tēporibus, totoq; eo, quod bellum ſecundum Punicum ſubſequitur: innumerabiles viros fortissimos habuerunt: eosque ex vrbano, diuitibus & lautis.

In vrbano
maior est
dexteritas.

Aetas mi-
litaris.

§. 8. Aetatem veterem probat Veget. pubertatem ſc. incipientem; quia celerius imbuitur, & perfectius diſcit, quæ à pueris imbibit, corpus exercitio aptius est; tempus habet vniuerſa diſcendi: Vix tamē minorem anno 17. legebant, niſi neceſſitas cogeret, nec maiore annis quadraginta ſex tirocinio imbuebant. Delectū itaq; ſummā cura inſtitui par est, nec enim vnquā est exercitus inſirmus, vbi bono delectu res acta est.

§. 9. Delectum duobus modis inſtituunt, vel enim omnem exercitum in vnum contrahunt, & vires vniuerſas oſtentant, vt hoſti terrorem incutiant, vel ſingulas legiones, & centuriones, vt incertum maneat, quāta ſit multitudo, quod multo magis probandum est, quia ignorata plus ſollicitos habent hoſtes, & vires demonſtrare hoſtem cautum faciunt, vt ſe ad ſtratagemata, vel aliena auxilia conuertat.

Spartanorū
error in Ro-
publica.

§. 10. Reſpubl. quæ ciues bellatores inſtituere deſiderat, eos à puero ita formet. Modo ſeruet modū; nā ita horridus miles inſtituendus est, vt nō deſinat bono eſſe ciuis. Spartani ſuos ad famis, ſitis, laborū, dolorū, verberū patientia educabāt, durabantq; Præcipue inſtābant cupiditate vincendi. Cicer. 5. Tuſc. Adoleſcentiū greges Lacedæmone, ipſi incredibili cōtentione certantes pugnis, calcib. vnguibus, morſu deniq; vt exanimarentur prius, q̃ ſe victos fatererūt. Seniores cōtentiones ſerebāt, dimicationes ſuggerebāt. Verū

hoc mō odia, ciuileſq; contentiones incendebāt, nec magnum tñ, nec diuturnū imperium obtinuerunt. Et nimium de nobilitate gloriabātur. Superbe itaq; magis, quam vtiliter Agellus, cū ſocij quereſſent fuorū multos, Laconum paucos bellare, conſidere iuſſit, & per nomina opificiorū euocauit plures, vbi apparuit ſocios pleroſq; opifices eſſe, Laconum nullos; q̃ tam magni æſtimatum eſt; verum noſtra tempora docuerunt, e fabris fieri optimos omnino milites.

CAPVT XXI.

Delecti militis virtutes.

§. 1. **M**ilitum virtutes vel in corpore vel animo cernuntur. Prima militis virtus eſt in Deum pietas, fides & ſpes: hic n. miles veræ fortitudinis fundamentū habet. improbi, & malè cōſcij pauidā conſcientia mortē contemnere non poſſunt; eſt n. ſemper timida nequitia. Itaq; militē nolim qualem deſcribit Lucanus.

Populi quos deſpicit arctos

Felices errore ſuo quos ille timorum

Maximus haud vrget lethi metus: inderuendi

In ferrum mens prona viri, animaq; capaces

Mortis & ignauum eſt redire & parcere vitæ.

Nunquā ſuperſtitio firmū fundamentū habuit, ideoq; impetus illis maior q̃ virorum, conſtantia minor quā ſceminarū fuit. Quāuis autē ſuperſtitio, ira, furor & ſimilia in illis poſſint, quæ poteſt & veritas, cōſtantia in his tñ eſſe nō poteſt. Quocirca recte Tertullian⁹ fortitudinem Chriſtianorū ex eo pbat, quod tam parati ſint mori. Fieri n. nequit, vt proptē in mortis periculū ſeſe conijciat, qui malè ſe moriturū arbitrat. Quare ille Gallorū error de reditura vitæ, nequaq; eos ita cōſtantes effecit, vt contra Romana arma duraſſent. Nō ignoro militum pleroſq; impios eſſe, ſed pugnant, aut ne vitam amittāt, aut cupiditate alia, quæ facile elanguēſcit accedente maiore metu. Improbos tamen legere non veto, cum magna ſit raritas bonorum.

§. 2. Prudentiam in milite mediocrem deſidero, in duce ſummam. Vnius interdū militis conſilio pugna reſtituitur, vel ciuitas cōſeruatur. Mali milites Egretienſes, qui vt gladioli cor non habebant, quare faciles vinci Themistoſtes cognouit. Multa ex tempore militari prudentiā faciendā occurrunt, quæ imperium ducis dum longius abeſt, vel cuncta turbantur, præſens habere non poſſunt. Deinde niſi prudentia mediocriſ ſit, ad pmoſiones militares ſpē nō habent.

§. 3. Delictis ſini alieni de cubiculo ad aciem, de vmbra egrediens ad ſolē corpus aſſuetū tunica lorica onus nō ſuſtinet, caput opertum linteo, galeam reuſat, mollem ocio manum, durus exaſperat capulus, fortior autem miles ex confragoſo venit. ita Hier. ad Theodor. monachum. Vegetius iubet durari ad tolerantiam mēbra, cōmorari ſub papilionibus, aut Joue frigido. Ciborum deliciae aberant, laridum, calcus, poſca dabatur. Hunc in finem militi acetū diſtribui ſolitu fuit, vt eo aquæ ſaporem cruditateq; corrigerent. Solem etiam, & aeris iniurias militem ferre voluerunt. Adrianus tabernacula ex frondibus facta dituit, quod militem vellet eſſe ſolis & imbrium tolerantem. Fulg. l. 2. c. 2.

§. 4. Oportet & animoſos eſſe, maximeq; de victoria cōfidentes, q̃ præcipue faciunt, cū duces ſuos peritos, facilesq; arbitrantur. Nihil æque militē animat, atq; bona de duce exiſtimatio, ſi putent ſingulari aliquo ſtratagemate, aut prudentia ſuos ſeruaturū, hoſtes vero debellaturū. Fabius cū animoſi fuorū cōtra Tuſcos erigeret, multa; adferret argumēta victorię, vnū addebat ſuperſeſſe, q̃ nōdū eſſet publice pponendū, ne inoteſceret. Milites itaq; cū aliqui fori ſunt animo fiducia ducis oīa pericula liberrime obeunt; nā ſi galeati ſint lepores, ſi ultra ducis oratio trepidus conſolabitur. Pauidos n. mentio periculi percellit. Oēs animantes pauidæ ad pugnā ſunt inutiles. Fruſtra ceruū hortabere, vt pugnet in canes, qui nec videre canē, nec latratum audire ſuſtinet. Sed ad mentionem canis inhorreſcit.

§. 5. Au-

Audax.

§. 5. Audacia vero frequenter felicem exitum dedit. Mauritius quidam cornicularius Cæsaris excitauit quosdam vigiles, & per medias Cæsaris copias prælium Pompei induxit. Audax igitur miles esto, sed ducis prudentia, animositate utatur.

Experimentum fortitudinis.

§. 6. Fortes potius quam grandes, oculis vigilatibus, erecta cervice; Marius tironem exigit, qui senos pedes, aut quinos decemque uncias habet. Interim itatura quoque pefanda est, qui vires addit; Imperatorie planè Pyrrus, Tu grandes elige, ego exercitatione fortes reddam. Et Brennus productis contemptissimis Græcorum, & cum fortissimis suorum componebat, atque ita Tantos, contra tantillos, ut pugnantem hortabatur. Fortitudinem arte nonnulli probauerunt.

Chabrias cum exercitum Tironum in prælium ducturus esset; edixit; ut qui ægri essent arma deponerent, timidi morbum simularent, eos ille ad præoccupanda loca quædam misit, ut multitudine hostem terrent. Polyænus l. 3.

§. 7. Ipsa quoque ducis experientia ignauos à strenuis secrete Theagenes Atheniensium dux, cum enim multi ordines ab eo peterent, ad Megaram daturum respondit. Clam vero equites præmisit, eosque hostium specie contra agmen suum redire iussit. Tum vero quasi sollicitus ad pugnam hortatur, & quemque quo veller loco consistere permittit; Tum in primam aciem fortes & alacres profiliunt, timidi post principia stant, Theagenes eo quo quemque inuenit loco, promouit. Et Iphicrates cum multos timidos se qui vidisset, edixit, ut si quispiam aliquid reliquisset, rediret, quo bene instructus in hostem iret, cumque occasione, multi uterentur, ceteros fidentiores reddidit, cum diceret; viros fortes sine mancipijs pugnatos.

Velocitas militis.

§. 8. Velocitas agilitasque, ut fortitudinis est indicium, ita bello necessaria est. Velociorem Hasæale, de quo in quo scriptura est, nullum meminimus: & forem tamen virum fuisse res ipsa ostendit.

Multitudo viranda.

§. 9. Denique multitudo & turba vitetur; vires non habet, sed pondus, magis impedimentum est, quam auxilium, manibus opus est, non nominibus. In maximis enim pugnis pauci sunt, qui hostem profligant, si ordines seruent, recentesque mittantur, non potest vinci acies, nisi cum ceteri cadantur; aut nunc fere aliquo casu fit, ut pauculis caesis omnes vertantur in fugam.

§. 10. Multitudo noxia est. Xerxis exercitus flumina siccauit. Credimus altos

Defecisse amnes, epotag. flumina Medo.

Ingens multitudo in plures exercitus diuidenda.

Justin. Trecenta septuaginta millia, alij quingentas Myriadas, id est, quinquagies centena millia. Cresias in Nini exercitu pedites decies septies centena millia, equitura ducenta millia, currus paulo minus decem millibus, & sexcentis memorat. Darius octingenta millia contra Schytas duxit. Seipsum impedit, & hosti obnoxia redditur. Si multitudo habetur, diuidatur in plures exercitus.

Obediencia.

§. 11. Milites idoneos Romani varia exercitatione parauerunt: honores enim capere non licuit, nisi emeritis magna parte stipendijs, nec uxorem ducere ante dena stipendia.

§. 12. Caput in milite est obediencia: que in re grauissima est exercita, cum iussu in mortem sit eundum. Itaque coercendi, qui ducum imperia interpretari, quam exequi malunt, qui regendo se ingerunt. Talis erat Romanus exercitus in Macedonia. Plutarch. in Galba. Plerique exercitum veluti corpus, nullo proprio impetu, sed ducis tantum moribus ceteri debere assenserunt. Quapropter ferunt Emilius Paulum, cum is exercitum in Macedonia accepisset loquacitatis, & curiositatis plenum, & se curis muneribusque imperatoris ingentem, præcepisse ei, ut vnusquisque ei manum promptam, & acutum gladium præstaret, sibi reliqua curæ fore. Myronides edixit, ut Athenienses exi-

rent, cumque nondum omnes exissent, pugnam incipit, cunctationem interpretatus timorem. Agesilaus Ephefi diuitibus equum & virum imperauit, atque ita pro ignauis strenuus accepit.

CAPVT XXII.

Ducis boni officium & artes

Imperator necessarius.

§. 1. Dux exercitui præcipue necessarius est; est enim exercitus sine duce prudente, sicut vana belua sine capite, sicut Polyphemus, monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum. Quamobrem & Demades Alexandri exercitum Cyclopem appellauit, quod omnia adessent illi, prudentia deesset, quæ moles illa regeretur.

Exercitus sine duce turba est, corpus est sine anima, remigum ordo sine gubernatore. Summa: Tanti est exercitus, quanti gubernator. Exercitus sine duce, Leo est sine oculis, dux sine exercitu firmo, caput sine corpore. Cæsar cum in Hispaniam contra Petreium & Afranium Pompei legatos tenderet; vado, inquit, ad exercitum sine duce, cum in Thessaliam contra Pompeium, vado ad ducem sine exercitu. Nam firmas legiones habebat legati, Pompeius Tirones magnam partem. Duces bonos plus valere mediocri exercitu, quàm bonus exercitus sine duce. Scipio, Pópeius, Gracchus, Pelopidas, Epaminandas, alijque docuerunt; nam bonus dux celeriter militem format.

Libertas ducis.

§. 2. Duci bellorum magna est in re gerenda libertas permittenda: neque puniendus ob rem male gestam. Cum enim tantæ occurrat in bello difficultates, tam subita mutationes, ut humano consilio providere nequeant, in nouo periculo, noui consilij libertas relinquenda est. Deinde quæ in eisdem geruntur castris, sæpe utrique parti ignota sunt, tantum abest, ut hostium sæpe machinationibus occurrere possit. Brutus contra Octavianum in suo cornu victor, Cassius est victus, cum exercitum Bruti fugatum putaret, manus sibi attulit, quod nili fecisset, pari Marte res Romanæ stare poterant. Idem iam olim inter Equos & Romanos contigit, Sæpronio consule, cum utrique se victos putarent. Cum igitur tantæ turbæ omnia confundant, non sunt viri magnanimitatis alijs periculis grauandi, sed in aduersis potius adiuvandi.

Prudentia & sagacitas duci.

§. 3. Prudens sit in primis, à quo tot virorum fortium, atque adeo regni fortuna pendet. Ratio ducat agentem non fortuna, quæ tamen si inuitet occasione, eam quoque prudentia moderetur. Periculo enim & negotijs compertum est, ingenium in bello plurimum posse, eam præsertim virtutem quam Græci ἀνχινοῦν, sagacitatem latini appellant.

Magni duces plura consilio, quam vi perfecērunt.

Carthaginenses duces bella prauo consilio rem gerentes, Val. l. 2. 7. etiā si prospera fortuna subsecuta esset, cruci tamen suffigebantur: quod bene gesserant deorum immortalium adiutorio: quod male commiserant, ipsorum culpæ imputantes. Haud magni momenti fortunæ esse cõitat. Vix perit exercitus, nisi ubi in consilio erratum.

Melior est dux prouidus, quàm audax. Et vere Cæsar, Non est minus imperatoris superare consilio, quam gladio.

Vegetus, alacer sit.

§. 4. Vegetus, alacer, non magni nominis vmbra. Periculis itaque excitetur, aliosque animet. Talis L. Marcællus cum in opinato se hoste circumdatum videret, in eos inuectus, etiam spolia optima tulit. Sempronius Tuditanus & C. Octavius Tribunus cum duodecim cõmitionibus per hostium præsidia transierunt. Vigor animi, & confidentia victoriam peperit. Et cum Leonidas diceretur, nubes sagittarum à Persis faciendas, respondit, in vmbra se pugnaturum. Aliquando ipse exemplo præcat, quod maximi Imperatores fecere. Posthumus post exhortationem cum milites quærent, quid imperaret, ut se imitarentur iussit, & sublato signo in hostem iuit, & vicit.

Tit 3

§. 5. In-